

**2894** tabula marmorea. Rep. in contrada Valle Maggiore ad un tenimento dei Cialdea di Capranica fra il territorio di Rocca di Cave, Palestrina e Capranica, deinde Rocca di Cave apud Silvestrum Simeoni BON.; rep. nel territorio di Palestrina, trasportata a Rocca di Cave CIC. Frustra quaesivi Rocca di Cave, inveni in vico Capranica loco altissimo insertam muro domus alicuius Iohannis Baptistae Cialdea.

DEO · MAGNO · SILVANO · MARTI · HERCVL

intra coronam queream

IOVI  
ZABASIO  
sub corona  
ANTVLLVS

Recognovi scalis admotis. Cicerchia et Bonanni miserunt ille mense Martio, hic mense Apr. 1865; edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1866 p. 137.

**2895** rep. in territorio Praenestino in quella parte che dicesi S. Pietro; Ceconio dono dedit Laur. Macchi archipresbyter.

MARTI . . . . .  
SOLVM · SOLVERVNT . . . .

Ceconio p. 58 (inde Petri p. 309 n. 45).  
2 fortasse VOTVM scribendum est pro SOLVM.

**2896** Praeneste rep. nel sito dell' antico foro [cf. ad n. 2934] PETR.

MERC  
SACR

Petri p. 309 n. 47.

**2897** rep. ibi ubi ea quae praecedit.

SIGNVM · MINERVA<sup>e</sup>  
!!!!!!!!!!!! AVGVST  
Q · CAECILIVS · EVLOGVS · PRA  
ET APPA

et apparitores eius] ferri non potest; nec tamen quid ibi fuerit video.

Servavit Petri, qui et communicavit cum Marino (ms. Vat.) et cum Lanzi ms. mus. Florent. vol. 45 et vol. 36, 4 et edidit ipse p. 309 n. 48.

2 erasum esse nomen Domitiani coniecit Petri, probabiliter; idem quod proposuit vv. 3. 4 praetor

**2898** ara marmorea eleganter sculpta, ornata capitibus arietinis, a quibus pendent encarpia. Praeneste GVD. SVAR. In palatio principis PENNAZZ. FABR. Ibi adhuc. — Rep. in vinea Terzoli CECC., auctore huius rei non laudato. — Eadem inscriptio paulo diverse repetita est et in fronte et in tergo.

ex. 2  
PACI · AVGVST  
SACRVM  
DECVRIONES POPVLVSQVE  
COLONIAE PRAENESTIN

AVGVST  
DECVRION  
PRAENEST

Descripsi. Gudius ms. p. 665, 3 ex autographo Francisci Stelluti Fabrianensis; Anonymus Barberinianus f. 244; Suaresius Praen. p. 67 (inde Vulpi 9 p. 165; Mur. 94, 4); Pennazza ms.; Fabretti 695, 162/3 (inde vv. 3. 4 Vulpi 9 p. 180); Ceconi p. 150; Petri p. 311 n. 55; Marini Vat. 9127 f. 289, qui memorat Arv. p. 40 not. 70 et p. 713.

**2899** ara marmorea similis n. 2898 itemque tam in fronte quam in tergo inscripta. Praeneste GRVT. (Praeneste) fuori alla sala nuova di sopra [aedium puto baronalium] COL. f. 162. Ora si conserva nel palazzo baronale CECC. Ibi extat. — E terra eruta in vinea fodienda VICT. (var. lect.). — Rep. in una vigna della famiglia Terzoli, e propriamente nel sito dell' antico foro CECC.

SECVRIT · AVG  
SACRVM

DECVRION POPVLVSQVE  
COLONIAE PRAENESTIN

Alteram ex inscriptionibus descripsi post Rossium; altera latet muro obversa. Exhibent, sed omnes alteram tantum, Columna ms. f. 74 iterumque f. 162 et apud Victorium variarum lectionum (ed. Florent. 1569 p. 126) lib. XXXII cap. 17 (inde repetita est in cod. Barb. 30, 215 f. 21); Gruterus 105, 6 cui miserat Ursinus per Gutenstenium, quod exemplum correxit Fabretti in emendationibus Gruterianis; Anonymus Barberinianus f. 244; Suaresius Praen. p. 67 (inde Vulpi Lat. 9 p. 167); Pennazza ms.; Ceconi p. 150; Marini ms. Vat. 9127 f. 277; Petri p. 311 n. 55. Orelli n. 1831.

1 SECVRITAT Col. Anon., SECVRITATI Grut.; 3 POPVLVSQ Col.; quae variae lectiones fortasse inde proveniunt quod hi auctores eam inscriptionem descripserunt, quae nunc muro obversa est.

**2900** fragmentum epistylis marmorei. Praeneste nella vigna di Filippo Torcioli ANON. In casa Palma [quae antea fuit Torzioli] al borgo PETR. In eisdem aedibus nunc Scavalli supra portam cubiculi vidit DE ROSSI. — S. I. GRVT.

diis p ENATIBVS · SACRARIVM  
ANVS · PONTIF · MIN · PATRON<sup>us col?</sup>  
fect T · REIQVE · PVBLICAE · DONAVIT

Descripsit de Rossi. Grut. 129, 8 missam a Gutenstenio ex schedis Ursini, male corruptam; Anonymus Barberinianus f. 243 (inde Suaresius Praen. p. 68; ex hoc Vulpi 9 p. 173 et Ceconi p. 60); Petri dedit Marino ms. Vat. 9127 f. 283, Arv. p. 120, et edidit ipse *memorie Praenestine* p. 311 n. 54 (inde Henzen n. 5769).

1 VENALIBVS, 3 CRETOVE · PVBLICAE · PO, ut v. 4 inscriptionem n. 2971 adiungit Grut.

**2901** Praeneste in S. Nicolao IVC. (Praeneste) in Annuntiatae circum vas aquae lustralis legitur haec inscriptio SVAR. *Leggevasi in un' antico marmo conservato per lungo tempo nella chiesa di S. Nicola sul dorso del Monte Praenestino; ed essendo questa rovinata, nel 1550 fu trasferito nella vicina chiesa dell' Annunziata* CECC., Iucundi et Suaresii testimonia inter se coniungens; addit idem iam perisse inscriptionem. — S. I. RICCARDIANVS.

a

Γ · ΒΑΛΕΡΙΟΣ ΕΡΜΑΙΣΚΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ  
ΣΑΡΑΠΕΙΟΝ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ  
ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ

b

DOMVS · C · VALERI · HERMAISCI TEMPLVM  
SARAPIS SCHOLA FAVSTINIANA FECIT  
C · VALERIVS HERMAISCVS DEDIC · IDIB  
DEC · BARBARO ET REGVLO COS

13 Dec.  
157

Servavit ut puto Iucundus, qui partem Latinam exhibet in codice Veronensi f. 220, Latinam et Graecam in codicibus tertiae recensionis Marciano XIV, 171 f. 157 et Cicognae f. 152 (item in eo, quem adhibuit Riemann loco infra citato, Barb. 30, 171). Graeca sola leguntur etiam in codice Riccardiano 996 post monumenta Cycladum per Cyriacum Anconitanum sub praescriptione 'aliud' (inde Riemann *bull. de correspondance hell.* 1 p. 294). Ex codice aliquo Iucundiano Pighius cod. musei f. 9; Doni ed. 2, 10. Nescio unde, sed vix de visu, Suaresius Praen. p. 51 (inde Mur. 333, 4; Kircher Lat. p. 409; Vulpi Lat. 9 p. 153; Chaupy *maison d'Horace* II, 296; ex Vulpio et Donio Ceconi p. 181). Orelli 1895. C. I. Gr. 5998.

In codicibus Iucundi praecedunt Latina, sequuntur Graeca sub inscriptione 'in eodem lapide'; ordinem invertit Suaresius, qui Latinis superscripsit 'alia ex parte'. — a 1 T Iuc., 1 Pigh. Suar., κ Ricc. — ΕΠΟΙΕΙ Iuc., ΕΠΟΙΕΙ Pigh., ΕΠΟΙΗΣΕΝ Ricc. Suar. — 3 ΣΑΡΑΠΙΤΟΙΣ Iuc., ΣΑΡΑΠΟΙΣ Ricc., ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ Pigh. Suar. — b 2 CVM ante SCHOLA inserit, deinde SALVSTIANA (pro FAVSTINIANA) Pigh. — 3 in. C om., 4 COSS Suar.

ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ Pigh. Suar. — b 2 CVM ante SCHOLA inserit, deinde SALVSTIANA (pro FAVSTINIANA) Pigh. — 3 in. C om., 4 COSS Suar.